Affectus. §. 7. *Corrosivis* ejusmodi uti solemus in variis Affectibus, v. gr. ad consumendas *Verrucas*, *Clavos*, *Callos*, ad exedendam *Carnem luxuriantem*, ad *Fonticulos* formandos, ad rumpendos *Abscessus* & similia. Verum cautelæ quoad partium discrimen, aliæve quàm optimè attendendæ veniunt.

Modus agendi. §. 8. Quoad agendi modum tenendum est hoc, Corrosiva applicata vix ullas exercere vires, nisi simul vitalis partis calor, cui applicatur, eorum particulas commoveat, & in actum deducat, quæ particulæ in motum evectæ, spiculis suis valde acutis fibrillas primùm quidem Cuticulæ, hinc etiam Cutis pungunt, discindunt, tandemque ita dilacerant, ut undique versus principia sua resilientes, ac humoribus accessum denegantes fibrillæ escharam siccam in medio relinquant, quæ hinc subinde aliquot diebus adhuc persistit, donec emollita satis separetur ac decidat.

Psilothra. §. 9. Referunt huc nonnulli *Psilothra*, remedia illa Turcis atque Indis quàm Europæis usitatiora, quæ cutim depilem reddunt. Hæc verò nihil aliud sunt, quàm lenia Corrodentia, pilos ubicunque locorum absumentia. Commune remedium hunc in usum est *Calx viva* cum *Auripigmento* in pulverem mixta, atque hinc Axungiæ cuidam subacta, quibus alii etiam de *Formicarum ovis* adjiciunt. Hisce accensent *Lixivium forte*, vel *Alumen*, *Sandaracham* atque *Lacteum Esulæ succum*, quo cum tamen cautè venit procedendum.

CAPUT XI.

De Aperientibus Medicamentis.

§. 1.

Synonyma. REmediorum *Aperientium* titulus adeo generalis est, ut plurima, sub aliis Remediorum titulis contenta,

contenta, virtutis communitatem cum illis obtineant, hinc etiam *Aperientia* propter particularum ſuarum tenuitatem, nunc *Incidentia* ſunt & *Attenuantia*, nunc *reſolventia*, nunc *Diaphoretica*, *Sudorifera*, *Cephalica*, *Hepatica*, *Splenetica*, &c.

§. 2. Itaque *Aperientia* medicamenta ſunt, quæ vias hinc inde obſtructas aperiunt, ſicque colationem vel ſecretionem humorum, ibidem interpolatam & impeditam, ſuæ integritati reſtituunt. Cùm autem obſtructio viarum contingat, non niſi ab humore quodam viſcido ac tenaci, in tubulis minoribus facilè hærente & ſtagnante, conſequens eſt, *Aperientium* materiam debere eſſe ſubtilem, plus minus volatilem, ſubtilitas verò illa hæret in *ſalinis*, partim *alcalinis*, partim *acidis*, plus minus *volatilibus particulis*. *Definitio.*

§. 3. *Aperientia* in genere quidem dicata ſunt *Obſtructionibus* variis, quæ *in Hepate*, *Liene*, *Meſenterio*, *Pancreate*, *Renibus*, *Pulmonibus*, *Glandulis* denique variis contingunt. Sed cùm materia obſtruens, viſcida, craſſa atque tenax, nunc tartareæ inſipidæ, nunc acidæ fixioris, nunc auſteræ, nunc tandem acerbæ & ponticæ naturæ magis ſit, hinc etiam Aperientia diverſimoda iiſdem veniunt opponenda; Et quia poſt cognitum Obſtructionis morbum, difficultas adhuc magna eſt in cognoſcendâ humoris obſtruentis cauſa, impoſſibile fermè eſt, ſtatim illud ſeligere Remedium, cujus particulæ dictos humores ſpecificè attenuent & reſolvant. Hinc enim frequenter in anguſtiis Medicus hæret Practicus, quando ad ejuſmodi Ægros vocatur, donec Remedium indicationibus probè ſatisfaciens invenerit. *Quibus affectibus dicata?*

§. 4. *Aperientia* interim pleraque particulis quidem ſubtilibus gaudere ſolent, ſed iis tamen non ſolis, quin particulæ terreſtres & craſſæ roboran- *Principia.*

tes iisdem admixtæ sint oportet. Unde inter Aperientia numeramus quævis *Salia Plantarum lixiva*, verb. grat. *Centaurii minoris*, *Absynthii*, *Cichorii*, *Genistæ*, *Cardui benedicti*, *Fabar.* item *Tart. vitr. Tinct. Tartari. Mart. aperitiv. Tinct. Antimon. Corallorum*, quæ per se aperire valent; quò refer *Lapides* 69. *Antimon. diaphoreticum*, *Bezoardica Antimonialia*, *Martialia* & *Jovialia*, quæ omnia & singula acido acri & austero corrigendo atque absorbendo, partim & viscido per accidens resolvendo sunt destinata. *Secundò* aperitivorum Tabulâ comprehenduntur plus minus *Acria*, acidum acerbum, viscidum & fixum in obstructis tubulis incidentia, & deobstruentia, proin Sale volatili plus minus pollentia, quemadmodum sunt *Radices quinque aperientes*, *Radix Aronis*, *Chelidon major. Sigill. Salomon. Scrophular. Filicis*, *Pimpinell. Vincetox. Aristoloch. Cepar. Allii*, *Chin. Sarsapar. Carlinæ*, *Raphani rusticani*, *Herbæ* & *Semina Nasturtii*, *Cochlear. Erucæ*, *Card. bened. Thlaspios*, *Trifolii fibrini*, *Scabios. Artemis.* aliaque *antiscorbutica*. *Tertiò* aperientium Classi annumeramus *Aromatica*, atque *Sale volatili oleoso* gaudentia, & viscido tenaci pituitoso aqueo humori incidendo, & volatilisando destinata, prout sunt *Aromaticæ plantæ*, ut & *Cephalicæ & Hystericæ*, *Aromata omnia*, *Semina carminativa*, atque *Salia volatilia oleosa*. *Quarto* inter *Aperientia* collocamus etiam *Amara incidentia*, Sale plus minus amaro & terrestri sulphureo gaudentia, qualia sunt *Radix Squillæ*, *Gentianæ*, *Cichorei*, *Aristolochiæ rotundæ*, *Cortex* item *Chinæch. Cortex Ligni fraxini*, *Herb. Abrot. Absynth. Card. bened. Cent. minor.* &c. *Tandem* quoque *Acida* hisce jungimus, mucilaginoso-alcalina coagula resolventia & attenuantia, qualia sunt *Spiritus salini acidi*, item *Salia essentialia* plantarum,

rum, *Clyſſus Antimon*, *Plantæ acidulæ*, *Succi aciduli fructuum*, &c.

§. 5. In uſu & applicatione aperientium, Obſtructionibus viſcerum inprimis dicatorum, notandum, ea non eſſe applicanda, niſi præmiſſis Univerſalibus, in gratiam melioris laxationis, imò & ſicubi Plethora adſit, præmiſſâ *Venæ Sectione*.

§. 6. Notandum porrò, *Dulcia* magnâ copiâ *Aperientibus* permixta, eorundem vires cohibere, & refrænare, imò & viſciditatem obſtruentis humoris augendo plus nocere. Tandem ſi Salia aperientia in uſum vocentur, iis cum moderatione utendum eſt, ut interdum intermiſceantur, tonum viſcerum roborantia; Si Atrophia adſit, ſicca aperientia minùs conveniunt, & humidis poſtponenda.

Formulæ Aperientium.

℞. *Radic. Fœnic. Apii,*
Ruſc.
Chelid. maj. ana ℥iij.
Herbar. Cuſcut.
Anſerin.
Agrimon.
Card. bened. ana M ß.
Flor. Calend. pij.
Sem. Aquileg.
Aniſ. ana ℥iß.
Inciſ. & contuſ. coque in
Vini alb. veter. &
Aquæ font. ana ℔iiß.
Ad quartæ vel quintæ partis abſtractionem,
Hinc colaturæ Albumine ovi clarificatæ adde
Syrup. de Eupat. ℥iij.
D. ad Vitr. Doſis m. ac veſper. ℥iij. Vel

℞. *Radic. Scrophular.*
Filic.
Pimpinell.
Aſpar. ana ʒij.
Herb. Veronic.
Adianth.
Marr. alb. ana M j.
Semin. Urtic.
Fœnic. ana ʒij.
Inciſ. & contuſ. coqu. in
Aqu. font. Mß. *&*
Vin. alb. veter. M j.

Colatur. d. ad Vitr. Doſ. man. ac veſp. ℥iij. calidiuſculè, in Obſtructionibus quarumcunque glandularum, etiam ſcirrhoſis.

℞. *Radic. Apii* ℥ß.
Sigill. Salom.
Cichor. ana ʒij.
Herb. Artemiſ.
Chamædr.
Scabioſ.
Meliſſ. ana Mß.
Flor. Beton.
Summit. Virg. aur. ana pij.
Semin. Naſturt.
Plantag.
Cinam. elect.
Cubebar.
Salis Abſynth. ana ʒj.
Limat. Chalyb. in nod. ligat. ℥ß.

Inciſ. & contuſ. immittantur Sacculo, cui ſuperaffunde
Vini alb. veter. M j.
Aqu. Gramin. Mß.

Stent

Stent in Vitro clauso per triduum, aut quatriduum in loco tepido. De Colaturâ postmodum m. ac vesp. capiantur ℥iß. *vel* ℥ij. In Cachexiâ, Chlorosi, Leucophlegmatiâ, Obstructionibus Uteri, Hepatis ac Lienis.

℞. *Herb. recent. Nasturt.*
Apii sel.
Fumar.
Chæref.
Borrag.
Beccab.
Trifol. fibr.
Cochlear. ana pj.

Incisis & invicem mixtis affunde Jusculum calidum fervens, & cum aliquandiu stetit, colat. bibe, repeteque per aliquot hebdom. m. ac v.

℞. *Radic. Scrophul.*
Sigill. Salom. ana ℥ß.
Semin. fænic. ʒij.
Cinam. opt. ʒj.
Fol. Sen. opt. m. ℈ij.
Ocul. 69. ppt.
Diaph. martial. ana ℈iiij.
Salis Tamar. ʒiß.
Sacch. alb. ℥iß.

M. F. Pulv. subt. d. ad scatul. de quo m. ac v. cape ℈ij. Vel

℞. *Radic. Ir. flor.*
Aron. ana ʒj.
Croc. Martis aper.
Ebor. ppt.
Cardamom.
Antimon. diaph.
Semin. Aquil. ana ℈ij.
Salis Cent. min. ʒß.

Sacch. alb. ʒij.

M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcatul. Uſurpatur doſi ʒß. vel ℈ij. mane ac veſperi. Vel

℞. *Salis polychr.*
Ononid.
Fabar.
Abſ. ana ʒij.

M. f. Pulv. ſubt. d. ad ch. Cape mane ac veſp. ℈j. in juſculo.

℞. *Spir. aperit. Penot.* vel
Tinct. Antimon. aper. Zwelf. ℥ß.

Detur ad Vitr. Summe 16. vel 20. guttas mane ac veſperi.

℞. *Tinct. aperit. Mœb.* ℥ß.
Detur ut ſupra.

℞. *Tinct. Antimon. vel Corall.* ℥ß.
Detur ut ſupra.

℞. *Aqu. Veron. Artemis.*
Card. ben. ana ℥j.
Syrup. apèrit. Minder. Vel de Eupat. l.
Sceletyrb. ℥iß.
Tinct. Antimon. ʒiß.

M. ad Vitr. Dentur mane ac veſperi duo vel tria cochlearia.

CAPUT XII.

De Remediis Vulnerariis.

§. 1.

Definitio V*Ulneraria*, Græcis Τραυμάτικα, vocabuli quidem ratione deſignant medicamenta, *Vulneribus* qualibuscunque deſtinata, ſed generaliori tamen ſigni-